

T. 4. n. 49. fulsisimèquè in Ephemer. die 19. Decembr. ubi singularia videnda. In proposito ergo nostrum, Sennacherib interfecit a filijs in templo Moloch, cui Numini illos sacrificare cogitaverat; quippequam victima Idolo Moloch, duntaxat filij à parentibus oblatis, ut inter illius brachia adurerentur: quem ritum imitati sunt Hebræi sacrificantes filios & filias Damonij, quorum voces ne exaudirentur ab altantibus, oblitrepebant tubis & tympanis: qua de causa locus dicitur Thophet, idest, tympanum; ut ait Adrichom. ubi sup. Hunc idolum magnoperè adamabat Sennacherib, & iuxta eius arcam, propter omen saultum, castrametari fecit exercitum, quem totum invenit die frequenti nihil & nihil.

Delabitur ales

Angelus, balantem qua labitur aëra decens, Armatus verbi gladio ferit impia castra, Et sopitorum taciturnâ strage triumphans Centum octoginta dedit uni millia letoo, Et nox una fuit tam magni conscia belli. Manè Rex surgit adhuc, & mox miser armis; Milite deleto vacuis fugit.

Paulin.

Accinuit Paulin. Natal. 8. à v. 184. Vacuus fugit, sed non in vacuum: igitur post dies quadraginta quinque in templo idoli interemptus, cui volebat amens immolare filios.

48 Alia cogito. Utinam collimem! Idolum iithoc Nefroch à Hieronym. de Nominib. Hebr. 4. Reg. Comestore, ibid. cap. 29. dicitur Nefrach. à Berofo & Iosepho, de Arae. Vox hæcine significat & sonat Fugam, ut ait Hieronym. ibid. Quapropter sensus auctoritatis erit: Interfectum fuisse Sennacherib in templo Tabulæ Noë, cum adoraret Fugam Deum suam. Ne videamur extra choram saltare, fulcrum huius cogitationis expendendum est. Apud Ethnicos usitatum, non solum ad actiones singulas humanas signare Namina, ut observat Augustin. 4. Civit. cap. 8. sed etiam in fortuita hominibus & accidentia; ut Febrî, Tempestati, &c. de quibus egimus latè in Ephemer. Hac etiam insania, aras, ædes & templa Romani superstitiosissimi exerebant Fortuna reduci: per quam in aliquam expeditionem cuntes, arbitrabantur in domum redire incolumes; periculorum expertes. Unde illi ara erecta & ludi instituti, quia Augustus sopes in urbem rediit ex peregrinatione Græciæ & Siciliæ: Dio lib. 54. Apud Græcos Helena prima erexit ei imaginem pulchram, quia post tanta disidia redux in patriam, ut ex Herodot. refert Anton. Constant. in 2. Passor. Ovid. v. 55. Prætermitto plura videnda loc. cit. die 12. Octobr. Quid mirum erit, si inter Afsyrios Fuga Dea coleretur, ad cuius imaginem oraret Sennacherib, maxime cum solus evasisset fuga sopes, cum totius exercitus videretur coràm clades?

Fortuna Redax quare sic culta?

Fuga Dea.

Comest.

Quid mirum quòd Deæ Fugæ grates redderet pectus, quando ex universali strage fugit, seu effugit solus? Sic ergo cecidit in templo Nefroch, adorando Nefrach: in hoc nequior populo extincto Sennacherib ostensus, quòd parricidio filiorum est reservatus. Ita quòd dum Comest. in Histor. Scholastic. Hæcine tantum cogitatio: meliora à doctis ex- pecto.

Varietas le- tion.

49 In varietate lectionum Tautologiæ principalis, nulla discordia invenitur, aut dissonantia; quoniam ex silentij acceptionibus elucet conformis litera. Tacuit populus, & non respondit quicquam. Mai. 36. 21. Siluerunt & non responderunt verbum. Malend. Cessaverunt loqui. Septuagint. Siluerunt & mutierant. Syr. Cum quiete tacentes quiesceverant. Modò exposita litera Tautologiæ, per eloquia Didascaliarum studendum est, tacere,

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Tacuit populus, & non respondit quicquam. Rex ita imperaverat, sicut legatis missis; ut Rablatem audirent, & nequicquam responderent. Ipsi tacerunt, & non responderunt ad conversationem exeuntes; in quo norma datur Monachis, ut observetur Religionis forma, exeuntes ex præcepto extra Monasterij septa: igitur extra claustra, ut decet Monachum; cum secularibus citra & ultra ministerium neque verbum.
- 2. Tacuit populus, & non respondit; quia sic prudentia Regis præcepit, ut Dei servaretur honor, ac sine fomite indami cerebri coërceretur furor: eadem si aliquid diceret furentem & blasphemum in audaciora irritaret.
- 3. Tacuit populus, & non respondit quicquam. Quid, Nec quicquam respondit, si omnino tacuit? Virtutis periculum indicatur, quum silentium post silentium proponitur: igitur ita delicatula virtutis con-

conditio; quòd dicatur, ni lateat, etiam silentio.

4. Siluerunt & non responderunt verbum. Mutierunt cessantes loqui. Si tunc muti facti, aliquid pridem locuti. Quomòdò siluerunt, & audita blasphemia, qua vulnerata iustitia? Speculum patent iudicium, vociferantium in fractionem legum, post- que studiosè ex muneribus mutorum: quidem cum loquendi adimant libertatem, & in leges constituant diversam legem; quantumvis scelera moveant animum, ad crimina neque verbum.

5. Siluerunt, & non responderunt verbum. Quorsum ergo in responso nullum verbum, si tacuisse pridem dictum? Virtus silentij exprimitur contra garrulitatem, hominum virulentissimam pestem: quæ quidem ita procax, ita perversa; ut labijs perverissimè dolosis, loquax ac loquax inveniatur sine verbis.

6. Siluerunt, & non responderunt verbum. Aliquod profectò responsum in silentio. Utitur in gratijs mater- virgo: quæ quidem favens hominibus silet, verum favore re- pondet.

DIDASCALIA PRIMA.

Monachi celum cella; atque libertas sine libertate clausura.

DE C. Bibulo sub tempore civilis belli, lib. 2. Epist. 19. & 20. ad Attic. dicebat Cicero: Bibulus in celo est: nec quare scio, sed ita laudatur. In celo hominum admiratione & benevolentia. Cicero illa, in tempestate, cur in celo sit, nescit. Inclusum domi se construet: ait Georg. Grævius hic: igitur si in celum summa quies, quod nulla tela procellarum petunt; in celo sanè, quem in domum ipi recessus custodiant: igitur dum undique idus, non alia tutior custodia, niu recessus. Sub tecto sanè quiescit, quando lapidibus pluit; & cernit e portu, dum rari apparent nantes in gurgite vulto. Symbolum quietis exponitur Andromede. Aprius intra septa Monasterij Sponsæ Christi, mortem expectantis, pro celo ad celum lachrymantis & gementis. Audiendus Manil. 5. Astronom. a v. 557. Virginis & viva rapitur sine funere funus. At simul insecti ventum est ad littora Ponti,

Cicero.

Græv. Cella cel- lula.

Cur Andro- mede Mo- nialis infi- ga?

Manil.

extrâ, licet cruce virgineâ, quippe in custodia, ubi flagrat cordis rogos, sitque pro celo sine funere funus. Ita enim celum desideratum habetur, & habitum alias infelicitèr amittitur.

Quæ debet esse sepeliri ne possit mori.

2. Voltant vagæ, virulentæ illecebris cogitationes, titillantes otiosa pectora pruritu curiositatis; quarum effectus in Religiosis cordibus vel lachrymæ pœnitudinis, vel cervix obdurationis. Oritur huiusmodi prurigo, ex fragilitatis affectata ignorantia, ac fatua in virtute confidentia; corde suapte natura instabili, inquieto, needum affectu in sæculum satis domito, tadio interioris ariditatis, quo solatia queruntur in externis, quasi in cella & intra claustra non essent solatia vera. Ibi dum se animus in aliena profunditur, caligine obtenebratur, in tenebris ambulando usque in limum demergitur, visculque patet alis, quod duntaxat pridem videbatur pulvis; quin deprehendat sibi & Religioni noxia, unde primèvi vocationis spiritus corruptela: parvisque iniurijs congeritur ingens moles, qua obruitur utque in inane tota fabrica virtutis. Sicut enim humores noxij affluunt, ubi fuerit in corpore iasio, nisi cautè removeantur, ne fiat ibi tumor vel ulcus; ita & negotia cre- scunt ad extinctionem spiritus, qui se secularibus acq̄uiverit occupari. Ita Bonaventura de Sex alis, cap. 7. Appositè quidem. Haud accederent sæculi humores delitiosè pravi, sine cordis tumore, pectoris ulcerere. Morbus sanè. Pro melancholiz effectu, Plat. lib. 1. Observat. & Reyes Franco, in Camp. Elyf. quæst. 79. n. 3. signant irregula-

Ex voga- tione qua incommodat.

Bonaventi

Morbus, quæ videtur bi- larior.

Felix Plater.



re tripudiam, in quo ita affecti sine defatigatione subsultant, saltibus & motu totius corporis membra agitant, continuo vagantes, nullibi quiescentes, nec verbaribus ab infania remoti, cor sanguine in lasciviam tantulæ mordicante. Quod alijs labor, illis virulenta voluptas: quod gravamen, phantasiæ errantibus alacritas, falsa gaudia, vera pœna: igitur præ iucunditate videtur gaudere pectus, sed ridentibus est morbus. Patet in huiusmodi corporis affectione, quæ animam gravat sæculi cupiditate, qua corda religiosa misericordie dissolunt; dum ut male agerent, laborarunt, læta dum gloriantur in malefactis capitis, quin tripudiantes lassentur in via vagabunde iniquitatis. Malum, si in Monachis quilibet sæculi morbus: ceterum huiusce tripudij infirmitas subdole pessima: quippe totum malum à spiritus melancholia.

Sp̄s spiritus frigiditatis.

3 In Auroræ fabula exprimitur tenacitas morbi, ut clareat quantus viscos amor sæculi. Aurora indulcit Iupiter pro lactu filij in terram descendere; verum nisi fulminibus in cœlum hand potuit omnipotens revocare. Refert Quinti. Smyrn. lib. 2. a. v. 639.

*Aurora nec ultra animo ortus Solis curam agebat, Sed excusos ei erat magnus Olympus. Iupiter detonabat*

Q. Calab.

*Iratus, tunc Aurora in cœlum properavit: & Hora*

*Invoitam ipsam in Iovis perdaxerunt solium. Sicut Aurora nonnunquam sequentis luminaris radiata luce; ita intra septa Monasterij anima Monachi. Emitteur e cella, sicut illa de cœlo in perfidum sæculum vel specie charitatis, vel intuitu rationalis consolationis, Morfus à dulci sensibus aspide, paulatim allicitur, & acridus morâ mordetur: de recessu spiritus tepiditate caufatur: plus iullo in manere detinetur: ut revocetur vocatur; ex quo spiritus melancholia, acediosa tristitia; quia iam exofus Olympus, & oblitus Solis ortus, lux interna animo tranquillo, quo quiescebat in clauistro tanquam in cœlo. Modo ariditate spiritus tædet, quod pridem maximopere plaufit. Iam trahit memoria, sibi que dicit:*

*Quem fugis ab demens? Habitatunt Dij quoque sicut.*

Virgil. Eclog. 2. v. 60. Horat. 1. ep. 14. v. 8.

*Insolabiliter tamen istuc mens animusque Fert, & amat spatij obstantia rumpere claustra. Rure ergo viventem, tu dicit in urbe beatum.*

At quid ex pugna, dum secum contendit

anima? Quod ille alius dicebat apud Plaut. in *Mercat. Act. 3. scen. 4. v. 1.*

*Homo sum miser, qui nufquam Bene quod quiescere. Si domi sum, foris est Animus. Si foris, animus domi. Ita mihi*

Plaut.

*In pectore atque corde amor facit incendium. Iam incidit in amentiam, capitique vertiginem, à qua non renovandus nec per cruciantem; quia sensim amor celestis elanguit, atque sæculi percrebuit, quousque flammam vocationis extinxit, quin ingrâte ferretur exilium, quantumvis dimissam in amissionem cœlum; ut conset virtus mundani philtri, cui placet decipi; igitur cor ita traxit, retinuitque contrixit dulcis furoris vehementia, ut tantum possint revocare in cœlum vibrata trifucula fulmina. Quid titulo laxationis, ubi toto plorandi errores sub velamine pietatis?*

Nec verberibus, nec fulminibus.

4 Cavet Assertor N. atque animi languorum archiater, qui maluit morbos præcavere, quam curare. Alius (inquit Matth.) de discipulis eius ait illi: *Domino permittit me primitim ire & sepelire patrem meum.*

Math. 8. 2.

*Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. In schola Salvatoris discipulus & pius ab illo sepulture patris facultatem petijt; ceterum non impetravit. Cur igitur qui pronus in charitatem, filio erga genitorem extremam obsequium inhiabit; qui honorare patrem præcipit, cui vel extraneorum honor ex humatione perplacet? Expertentia didici hic insit Alapida.) eos qui vocantur ad sequelam Christi in Religione, si testamentis se implicent, ad plures annos retardari, ferique seculares, & ita perdere vocationem, ut nunquam vitam religiosam capeffunt. Responit Christus laudabilem pietatem, ut discipulum efformet obedientem; quin abundet proprio sensu, voluntatis Superioris percepto iussu, nec hifceat, etsi virtutem suspensam agnoscat; quippe ad illum spectat obedire, ad Prælatum providere: igitur pluris in virtutis summa, virtutis obedientia operationem suspendij; quam sine obedientia illustrissima adori. Ita Deus simul dedit & velle & perficere: manueque Abraham consummavit obsequium; dum audit: *Ne extendas manum.* Qui vult operari, & à cœlo suspenditur; obsequiosus operatur. Maneat non quomodo vult, dum placet cœlo obsequium manendi sic. In rebus Christus discipulo facultatem negat, sed urbanè; exhibita causâ latitantis periculi in perditionem, per charitatis speciem, *Dimittite (ait) mortuos sepelire mortuos suos.* Mortui mortuis, moribundi moribundis. Religiosi religiosi, atque mortui secularibus*

Cor. m. 2. extr.

Alapida.

Per obedientiam, ut non sit virtuosus, nisi virtuosus, ut non sit virtuosus, nisi virtuosus.

Genes. 12. 12.

Titulo charitatis laet decipula perditionis.

pestilentes seculares: renouitque Christus, quod qui religionem sequitur, in sæculum revertatur; quippe qui vivit, numerabitur cum mortuis, & titulo pulchro sepulture parentis, & tutulo obsequio officiosa charitatis.

5 Mortuos seculares dicit, ne qui discipulus, appareat seularis, veneno serpente, virulencia suavitate: igitur ita fallax, ut dum cognitus iam vorax. *Ante ignem consistens, etiam si ferrensus sit, aliquando assuveris. Proximus periculo, diu tutus non eris: sepe familiaritas implicavit, sepe occasiorem peccandi convicius dedit: sepe quoa voluntas non potuit, assiduitas superavit.* Isidor. 2. *Solloquitur.* Ita incaute Monachus capitur, & quanvis regreditur, non revertitur: equidem vasfrè mundus propinavit pestem; ut non cognofcat in auro exhaultisse mortem. Egressus enim est Monachus, sed regressus dissolutus & perversus. Adintra corali egreditur & regreditur. Molle ac docile in mari inclusum

Isidor.

Cur ita Monachus inftar corali

Ovid.

Plini.

Seneca

Quelli tempestas in mari cordis gyrovagit

*Super aquora saxum.*

Ut canit Ovid. 4. *Metam.* fab. 18. *Pliniusque lib. 32. cap. 2.* *Bacca eius candida sub aqua ac molles: exemplis, consistim durantur & rubeffunt. Aiant, tacta protinus lapidescere si vivat.* Cor ergo molle sub maris amaritudine; quoniam docile magis mortificatione: & ad aliud non exijt, nisi ut candorem amitteret. Non sensim, sed protinus indurata: lapidescit, si tangitur dum vivit. Ita dom fergit in auras, vanitate sæculi non mutatio, sed perversitas: quandoquidem qui egressus docilitate atque candore cordis; ad claustra atque disciplinam revertitur tanquam lapis.

6 In navigatione Senecæ, videbitur huius laxationis, & tergiversationis mentis claustrum speculum, & utile testimonium. *Cum iam eò processissem (inquit Epist. 53.) ut mea nihil interesset, utrum irem, an redirem; primum aequalitas illa, que me corrumperat, perijt. Nonnumquam erat tempestas, sed iam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus. Cæpi gubernatorem rogare, ut me in aliquo litore exponeret. Aiebat ille, nec quicquam se aequè in tempestate timere, quam terram. Natus est sine exitu torquebat. Quæ putas me passum, dum per aspera erepo, dum vitam quæro, dum fasciò Intellecti, non immerito natus terram timere. Incredibilia sunt quæ tulerim, cum me ferre non possim.* En tempestatis exitus, quem Monachus habet, ubi sele ferre nequit. Constitutus est ad iter in navi, ut pergeret quietè, cernens terram de longe. Quærit fatuè pro levami-

ne exitum, & sollicitat ad terram navem reducere pusillum; quin contempletur propter bilem commotam, in tempestate timidam dantaxat terram: igitur si egreditor; incredibilia passurus, quin voto potatur pectus. Profecto summergetur allisa navi, antequam egrediat; vel reprobatur per abrupta scopulorum, si egreditor. Quorum huiusmodi cogitamina? Si in navi naufragium, in terra urgentis periculum. Utrobique probubium pectoris impatientis; quippe intus in perditionem corrupti mores. Terra Monacho! Patria! Quo proposito? Ut devit ab illicito? In navi Christus quiete sedet: in patriam vadit; parumquam abijt ut periret: igitur dum reducere intendit frugi corda reprobatorum, ductus est in præcipitium. *Qui placet alterius, sua nimirum est odio, fors.*

Luc. 4. 29. & 5. 3.

*Stultus uterque locum immeritum causatur Iniquè.*

Horat. ubi supr. v. 11.

*In culpa est animus, qui se non effugit unquam.*

Instat Seneca, & instruit. *Fatigatis velocior domum gradus est (inquit de Tranquill. à cap. 1.) placet intra parietes suos vitam cœquere. Nemo illum auferat diem nihil dignum tanto impendio redditurus. Sibi ipsa animus redeat, se colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. Ametur tranquillitas: Hoc se quisquam modo semper fugit: sed quid prodest, si non effugit? Sequitur seipsam, & urget gravissimus comes. Non huiusmodi Monachus vacillationes habere; si se, dum mundum, effugeret: sele quærit, nec manet, quò manet; manendo exit, ut pietatis furo percat, neque surrecturus, cadat. Vid. Tom. 4. T. 5. D. 6. à n. 10.*

Prodit à claustro in naufragium, vel in præcipitium.

Seneca.

7 De civitate Luza (condita iuxta Bethel, à Chanazano cincto à Luza filiorum Ephraim; de quo Iudic. 1. 26. & Adrichom. in Ephraim, n. 65.) singularia referunt Rabbini in tract. *Sutab.* cap. 9. ex quibus Serar. loc. cit. *Iudic.* in fin. *Civitas insignis postea fuit, & ita ut in ea qui hyacinthum colorarent ac tingrent cives forent: eamque postea neque adveniens Sennacherib, neque Nabuchodonosor deleverit: imò neque in eam quidem ingredi auderet Angelus mortis; sed qui in ea erant senes, cum moriendi tempus sibi esse putarent, extra urbis huius moenia egredi oportere, ut mori possent. In qua non extenditur Rabbiniom audacia? Comprehendit factu etiam impossibilia. Deserviat adificationi fabula, quia eiusmodi civitas intra Monasterij septa. Ibi invenitur Hyacinthi colores, quippe venientes nigras & faculo pravas cogitationes faciunt celestes. Ibi*

Iudic. 2.

Serar. Civitas insignis ac singularis urbis Luza.



tuti ab hostium incurſibus, quippe legum murus validus. Adiſtat Civitatum Refugij, ſerium Ci-  
 Vita, eſt reorum, ſumma cum protectione; quoadi manſerint in Civitate: equidem offendent ſtatim mortem, ſi caſu extraxerint pedem. Non ſalvus qui effugiens fuſerit, ſed qui permanſerit: equidem cum à muro ſit vitalitatis protectio; conatur ſanequam mori, qui vult egredi. O Monache!

*Nec te quaſeris extra*  
 Quia periclitatur vita.

8 Ducere in altum rete, Petrum iubet celeſtis Præceptor; ut hominum illo in iactu mirificus evadat ſupore piſcator. *Laxate retia veſtra in captivam: & cum hoc fecerint, concluderunt piſcium multitudinem copioſam: rumpebat autem rete eorum. Sed non labitur piſcis* (ſubdit Beda) *& rumpitur rete.* Captura inſignis, ſed inſignis miraculum piſcibus capris. Mare mundus eſt, rete Religio. Concluſit vocante Deo piſcium multitudinem; & tunc exhibuit Chriſtus clauſura Monachicæ ſpeciem, cum futuri homines ſicut piſces maris. Rete rumpitur, cæterum piſcis non labitur: in captura profecto miraculum, ſed maſus ex clauſura piſcium: equidem miram quòd in fugam eſſet exitus, ac ex tanta multitudine nec eſſeret unus. Eſt in rete libertas vel captivitas? Voluntaria captivitas quæ libertas, virtute expreſſa, dum clauſura rupta: quandoquidem ita dicti inſituro, recluſi clauſtro; ut abiret in ſæculum, etiam habens libertatem; nec unus quidem. Videntur homines quaſi piſces intra clauſtra retis; ex quibus exire nolunt, ne à bellis in occurſu, devorentur: equidem devorationi & dira exponuntur Monachi; hinc & inde vagabundi in mare ſæculi. Rumpitur rete & non labitur piſcis; ut vita Monachica pateat, quoadi clauſura ſuſſiſtat: quandoquidem illorum deficit inſeliciter vita, ſicut piſcium in decurſu modò extractorum ab aqua. Carcer enim cavèa videtur aviculæ, cæterum vita ſervatur à carcere. Unde libertatis amiſſa nec levis pœna; quippequam quod oppreſſio, vita cuſtodia. Miror facilitatem Superiorum ex interventione juvenum, in quam invehuntur PP. Aſceticæ & iurè. Vide Pachonium, *Regul.* artic. 30. *Cafian. lib. 4. cap. 16.* Iul. Nigronium in *Aſcetic. Traſ. 1.6. cap. 4. §. 32.* & quæ diximus, *Tom. 5. T. 2. D. 1. n. 14.* In Regula N. nihil invenitur cautum à Glorioſo Benedicte. Sanè. Impoſſibilis illi viſa cogitatio, & cavere noluit quod indicavit impoſſibile in Monacho. Oratio ſit pro abſentibus, quaſi in tentatione poſitis, ex ſenſuum illecebris. *Proſtrati ſolo ab omnibus petant orationem* (dicit, cap. 67.)

*propter exceſſus: ne quid fortè ſubriperit in via viſus, aut auditus male rei, aut otioſi ſermonis.* Si hæcine in neceſſarijs, nec incomitatis Monachis, in viam directis, ac ætate maturis, facultas juveni, ſolique cogitatio poſſibilis?

9 *Ego ſervus tuus vadam & pugna- bo adverſus Philiſtæum:* dixit Regi audacter David. Cui Saul: *Non vales reſiſtere Philiſtæo iſti, nec pugnare adverſus eum, quia puer es.* Scandalum erat caltris Iſraël blaſphemus gigas, cuius intolerabilis audaciſſima procacitas. Victoria fatagebat, qui regebat agmina, dum à puero ſeu juvene ſpondetur victoria; modò obedientiæ ductus obtineat benedictionem in ſingulare certamen: meritoque egrediendi negatur facultas, virtute ac zelo exponendi cordis flammæ; quippe prudenti regimine haudquaquam faſis, quòd juvenis periret zeli ſpecie, ſub larva ſervitij Dei. *Puer es.* Utinam etiam in reſceſſu ſis ſecurus! Forſitan animo non favebit exitus: pluriſque debet eſſe, ſervare civem, quam proſternere hoſtem. Siſte gradum, quia non vales, duntaxat adiutus à virtute inventus; & in exitum juveni concedere facultatem, erit virtuti diſcrimen. *Puer es.* Periculum egredi: iuſumque in regimine providentiæ decretum, juvenes collocate citra periculum. Ambigua ſors in rebus tanti momenti, credendis juveni: *non vales reſiſtere;* nec egredieris, ſi reſiſtere vales: exitus denegetur, dum non eſt exitus. *Non vales reſiſtere.* Quid tamen reſiſtere vales, ni in certamine vincas? Quid, quòd reſiſteris, ſi percas? Minimi eſt, quod vales, ſi non prævales: imprudens facultas exitus, ut iaccas victus. Egredi non poteſt, qui regredi non valet, ut perſiſtat exercitus honor & militis decertantis utilis labor. Quod plus, in Davide quibus eſſe virtus juvenis, zelo æſtantis: & etiam viſa flamma, abnuiter iurè licentia; igitur ius, quòd nequeat in certamen exire, qui ſecurè non poſſit victor in caſtra reverti. *Puer es,* & nudus. Qualis per exitum exitus? Vis exire, & vis intercepti: igitur pueri eſt, quod ab illo cogitur fugitiva victoria, dum alij recedunt eſſo in prociactu intra caſtra. Pueri utique, nec præſtabile quod pueri: igitur ſpiritus juvenem in victoriam inconſideratò movent; ubi veterani experti in certamina non audent. Quod emeriti fugiunt, juvenis appetit. Negandus exitus: ex tractu claret, quòd appetit juvenis, ut in conſiſtu ambiguo amittat virtutem, dum in exitu quaerit perditionis occaſionem. Vernacule: *Quando buye por que no puede, aun eſtando in ſu vi-*

1. Reg. 17. 32.

Iuvenibus denegetur licentia exiendi, maxime ſi eſt ſervi sine comite.

Car Mons. ſerium Ci- vitas in re- fugium?

Num. 37. 26. Perſ. 1. v. 21

Luc. 5. 6.

Bed.

Monasterij clauſura, vita cuſtodia.

S. Bened.

gor la virtut; quere vencer un rapaz, y buſcando en la ſaida para perderſe la maſ facil ocacion? Quid ergo dicemus ad hæc? Quod egreſſus eſt David: & vicit, atque triumphum de inſolente reportavit. Profecto Poſt facultatem negatam, ac repulſam, virtutis ille demonſtravit experientiam. *Nam & leonem & uſum interfeci.* Ita? Urique. *Vade & Dominus tecum ſit:* reſpondit Rex. Modò ius eſt. Poteſt in certamen egredi, qui ductus à Deo & probata virtute. Aliter, ut ait Statius, 1. *Achill.* v. 286. vel titulo religionis, aut ſpecie ſanditatis, boni melioris, & perfectioris virtutis;

V. 36. & 37. Annuus Deo auctore & probata virtute

Stat.

4. Reg. 18. 26. 36. Iſai. 36. 21.

Religioſus exitus, dum egreditur corpus, ſed non animus.

Ad miniſterium non amplius.

comitati ſuere Salvatorèm; & viderit ex monte in cœlum & ad Patrem aſcendentem; *aſcenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes,* & cæteri Apoſtoli cum Maria matre Ieſu & fratribus eius. Grave inſurgit argumentum, cum videatur implicare teſtimonium. Si Petrus & Apoſtoli reliqui interfuertur Salvatoris aſcenſioni; quomodò manebant in cœnaculo unde exierunt, vel quo pacto ubi manent, revertuntur? Exierunt & non exierunt. Exivit corpus; non animus: & egredientes, unde exierunt manent; quippe reverſi quaſi non exiſſent. Cœnaculum illis erat clauſtrum, quò in oratione perſeverabant, donec mandata in obedientiam urgebant: & exeuntes è clauſtro, manent igitur ibi; quippe manſio & egreſſio pendet ab animo, non à corpore. Exit, qui tantum exit ut exeat, quæ mundi hauriat, & innocentiam partam in clauſura amittat: haudquaquam qui in miniſterium ab obedientia mittitur, ut adimpleat miniſterium in ſalutem proximorum: Apoſtoli que è cœnaculo exeuntes, in ipſo egreſſu dicuntur ibi manentes; quoniam non egreſſi exeuntes extra cœnaculum, qui reverſi ubi manebant poſt exactum miniſterium. Forma datur Monachis intra & extra clauſtra; ut obſervetur religioſitatis forma. Non in exitu eſt exitus, neque in reſceſſu ad reſceſſum locus. Locus manſionis vel non manſionis eſt peccus. Unde obedientiæ ducti, vel exeuntes manent in clauſura Monachi; modò egrediantur tantum ad quod egreſſi. Alia dicam alibi *Tom. ſeqq.* ubi de interiori ac exteriori clauſura, à qua pendet tota perfectionis fabrica.

Ad. 1. 13.

Qui ita egre dicuntur, non exeuntes.

Conditio Pyrautis, raulæ. Alian.

S. Bened.

In ſæculo Monachiſij get vocatio.

12 *Pyrigoni volucres* (ait *Alian. 2. de Animal. hiſtor. cap. 2.* quos *Pyrautias* vocat *Ariſtoteles*, uti videbimus, *Tautolog. 9. n. 13.*) *in igne vivere & ali, huicque & illuc volare.* Illud item admirationem excitat, cum extra ignem nutricium egrediuntur, & frigidum cœlum attingunt, ſtatim exeunt è vita. Hæc noſtra ſunt, & ex conditione noſtra intereſt. Unde Legislator N. diſciplinæ ſubiicit, d. eum, *qui præſumpſerit clauſtra Monasterij egredi.* Quid ſepta, ſi clauſtra? Nihil intereſt, quòd cogitetur cœlum, ſi cœlum frigidum. Igne vocationis vivimus, alimur, ac volamus per ignem, clauſura præbente ſomitum. Si ab igne removemur, ſtatim morimur: equidem friget in volatum vocatio, & languet deſiciens vita recedens ab elemento. Quò magis diſtant ſphæræ ſcæ orbis inferiores à Mobili primo, magis ei reſiſtant in proprio motu. Ad *Chriſtoph. Clavium* in cap. 1. *Sphaer. S. B.* fol. 42. *Leu-*



tē contra nūctur, quō magis à primo Mobili in gyro recedunt; ut intendamus velocitatis in primam vocationis mobile, neque fugiēdo in sæculum, fortius resistamus gratia: quandoquidem velocitati cursus fortior ac vehementior resistentia, quō à Monasterio fuerit maior distantia. Si necessarius per obedientiam in sæculum exitus; ne claustra fugiat ut expers mansionis animus, sed progrediatur, ut in sæculo demonstret, quid sub claustra didicerit. *Qualis haberi vis, talis est; professionem tuam* (ait Isidor, quōd sup. n. 5.) & *habita & incessu demonstra: in motu puritas, in gestu gravitas, in ingressu simplicitas, in incessu bonestas, nil dedecoris, nihil lascivie; nihil petulantia, nihil insolentia, nihil levitatis appareat: gestus corporis signum est mentis.* Haud surrepat animus à professione alienus: igitur si claustra declinamus, & sæculum querimus; Nos patriam fugimus; Nos patrie sinei, & dulcia linquimus avos.

Qualis tunc circumspectio

Isidor.

Virgil. Eclog. v. 3.

DIDASCALIA II.

In correctionem valet modus, sed praevalet tempus.

**N**onnunquam necessaria in Regente correctore prudentia, vetum maxime dum compescitur audacia: igitur ita delicate complexiones errantium, & amor caecus errorum: ut medicamine ingravescat infirmitas,

Si modo festines, si modo lentus es.

Difficile est attingere medium; quod sit in remedium, opportunum: quandoquidem vel quod revera inferenti videtur suave, patienti videret & imprudens & crudele. Difficile prorsum, vigili ratione, affectu pravae lenae, in correctione est; si semper prudentis in imprudentem error, fiat correctio sic vel sic. Quomodo sese geret, qui procedit lenē, & etiam errare dicitur, si festine? Festinando lenē? Nec sic effugium. Eger moderamen moderatione; nec sic corrector placebit, neque scopum collimabit: equidem cum à pravis illegibus dissimulatis, & in flagitia libertas; semper errabit apud quos neutrum licet: in Dei enim tribunali audiet remissus, qui propter levitorem bilem insigniter truculentus. *Crudelem vocabant patrem filij Heli, adversantes ei:* ait Philo Biblicus in *Antiquit.* At quid Scriptu-

Ovid. 1. de Art. v. 300.

Difficili motus in correctione?

Phil. Bib. 1. Reg. 2. 25.

ra? *Non audierunt vocem patris sui.* Quid Hieronymus? *Corripuit, & punitus est; qui non corrigere debuit, sed abijcere. Quis faciet qui gaudet ad vitia? Qui emendare non audeat? qui consentiam suam non metuit? & quod cunctus populus clamitat, nescire se simulat?* Ita lib. 1. *Advers. Pelagian.* En regimini anfractus inter leges rationis & affectus: igitur adiudicatur divino iudicio, quae crudelis miseria. *Expectabo* (inquit Senec. de *Vit. beat.* cap. 18.) *ut quicquam malevolentia involatum sit, cui sacri nec Rutillius fuit, nec Cato? O virum acerrimum & contra omnia naturae desideria pugnantem!* Patet iustitiae protectio ex humano variabili iudicio: qui enim uti iustus, in legum custodiam vigilabat impavidus, pugnae indignitatur & acerrimus. Aptē Alciatus, *Emblem.* 117.

Hieron.

Semper carpitur.

Senec.

*Ut varia est natura coloribus in gignendis, Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.* Sic enim excessuum correptione dicitur virtus, sicque furor; quoniam propter affectus color & color.

Alciat.

2. Non dubium, quod prudentiae apex, Ne quid nimis; quod quidem proverbium celebre apud Profanos & sacros. Monet ita Gloriosus Benedict. *Regul. Sanct.* cap. 64. Nimicitas est in correctione plus aequo, vel minus aequo: inestque prudentiae scopus, Nec plus, nec minus. Cuncta describit Gregor. Magnus. *Qui praest, ea se circa subditos mensuram moderetur, quatenus & arriens timere debeat, & iratus amari; ut cum nec nimia facilitas vilem reddat, nec immoderata severitas odiosum. Sæpe enim subiectos frangimus, dum plus iusto vigore iustitiae tenemus: qui profecto vigor iam iustitiae non erit, si se sub iusto moderamine non custodit.* Ita lib. 20. in *lob.* cap. 3. *Regerit lib. 9. Epist. 8. & 2. Pastoral.* cap. 65. ubi inter plura aurea, in fit: *Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate saviens: sit pietas, sed non plus quam exspectat; parens; ut corda subditorum & terrendo demalceat, & tamen terroris reverentiam demulcens confringat.* Baculo quidem sustentetur, quisquis virga percutitur; ut dum patitur dolorem, baculus simul & virga sint in solamen: ita enim subditi rigoris ac benignitatis federe, nec indulgentia in corruptelam solvantur, nec acerbitate in iras exulcerantur. *Modus certa mensura est* (ait Senec. *Epist.* 66.) *Nihil relictus recto, non magis quam verius vero. Omnis in modo est virtus.* Inter haccine urgentia discrimina, opus & labor, attingere in quo fit modus. *Fortē* (inquit Bernard. de

S. Bened.

Greg. Mag.

Qualis & quando deher esse modus?

Seneca

Cor.

**Bernard.** *Conversion. ad Cleric.* cap. 11. n. 22.) *invenietur rebellis & obstinata voluntas, & nec impatiens solium, sed & monitis peior, & nimis durior, & adhibitis acerbior blandimentis.* Quid faciemus viri fratres? Non illi durum, sed volupe, contra stimulos calcitrare. Eritne spes revocationis à proposito effroni? Utique in recessu prudenti, quin vel levissimum verbum sit fomes astuantis irae.

**Lucan.** *Temporibus servire decet.* Ut ait Lucan. ad *Pison.* v. 155. Tempore quiescet furor, & cognoscetur error; quippe rationis fulminibus non est tempus, dum animus est furiosus: igitur quod magis impudens audacia competere intenditur; eò magis propter phrenesim in bilem precipitatur.

3. Fretus gratia simulque potentia Assyriorum Regis, quae in Ezechiam & Deum non desumpavit execranda Rabfaces? Vidimus in *Liter.* Extra muros, dum in illis effretus populus, Regem venire iussit, vel ut deciperet, vel ut probrijs dehonoreret. Non acquievit Ezechias, ut apud subditos esset inviolata maiestas, quippe vel verbis laeditur regalis auctoritas. Quare populo tacere praecipit, & optime primos in colloquium misit: qui quidem illum debacchantem audierunt, & furiosum; sed *sluerunt & non responderunt ei verbum.* Singulares in conventu synedri apparent. *Præceptum Regis acceperant, ut non responderent.* Quare si in colloquium mittit, dum hostis advocat, innuit, quod nemo quicquam respondeat? Non alia decebat statum rerum, ne inter audientes augetur scandalum. Non tantum Regem cavillis pupugit, coram subditis impudenter despexit, auctoritatem maiestatis proculcavit; sed etiam os in cœlum audacissimè posuit, blasphemus, inverecondus, procaex & effrons; & prudentissimè Rex primates emittens in blasphemii colloquium, commendat nec loqui verbum; quippe si quid ratio in insolentiam opponeret, furentem atque vesanum usque in execrationem irritaret. Amens blasphemabar, Divos lacebsebar, divino honori, ac dignitati, potestati quae derogans, quantum sibi solidissimè arrogans: & quanvis zelus Dei zelorem Regem pungeret, coram effreni insolente studio taceret; siquidem si vel verbo comprimere vellent furias, maiores denuò exandescens etumperet in blasphemias.

4. Reg. 18. 36.

Isai. 36. 21. Ubi sup.

Effrons & in ore condur non arguendus.

Remedia ne nocent.

mina. Si ex ratione in penitendum motus, non corrigetur insanus. Tempus phrenesis non tempus; nec rationis medicamen, fovens furorem. *In primis cavendum* (ait Plin. lib. 17. cap. 27.) *ne ex remedijs fiant vitia; quod evenit nimia & intempesiva medicina.* Unde Virgil. 12. *Aeneid.* v. 45. *lucine:*

— *Haudquaquam dictis violentia Turni Flebitur: exuperat magis, aegresque mendendo.*

Aptius Gregor. quo supra lib. 20. cap. 17. *Sancti* (inquit) *plerumque alia consideratione resistentium corda conspiciunt, & dum ea derelicta divinitus vident; afflictis genentisque conticescunt. Qua in re sciendum est, quod nonnunquam cum redargutione pravi, deteriores existunt. Ipsi ergo & non nobis parcimus; si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus: unde necesse est, ut allquando toleremus tacendo. Medicina dicitur scientia muta. Biscol. in *Hor. subsec.* Tom. 1. lib. 13. cap. 10. & La Zerd. in 12. *Aeneid.* v. 397. *Mutas artes, n. 18.* In moralia proprius Muta medicina: vel quia silentium immititur ut supplicium, vel quia furioso remedium non cordata contentio, fed tantum erroris dissimulatio; ut conslet praestabilis medicina, dum cognita phrenitidis indulgentia; alijs, ut canit Florentius, *Emblem.* 40. *Cedito morosis: nam quod magis concutis ignem,**

Plin.

Virgil.

Gr. Magu.

Cur Medicina dicitur Muta scientia?

Florent.

*Hoc magis attollit mota favilla iubar.* Equidem cum furor non habeat exitum, proijcit impotens post scilum lorum. Hinc Praedidis pretiosus charitatis amor, dum subditi proterita reverentia debachatur furor. Modò sit in exandentem prudentiae regimen, male sibi conscius respiceret tandem tandem. Exponet ratio audaciam: ille sine bilis flammâ cognoscat amantiam, & quem correctorem proterivit inconsideratò Praedidem, in se reverus suscipiet vel fulminantem.

5. Corruerunt primiparentes, seu generis peremptores, gustato pomo, inhibito Dei praepro. Qui nimia felicitate cognoverant bonum, miserimâ forte cognoverant etiam malum. Oculi illorum ad malum clausi, quia mundi: & specie deliciarum, ictu serpentis, *aperti sunt oculi amorum.* Ad auram post meridiem venit in iudicium Deus; ut post contractam transgressionem culpam, iudex discerneret causam, auditis rejs, ut clareret supremi sententia iudicis. Illic ut pomum gustarunt penam mortis contraxerunt; igitur effrontes Dei praeproculcarunt. Summa Dei maxime in fragiles pietas, continentis vel in ira misericordias suas,

Genes. 3. 7.



Iuas. Cur igitur si propter crimen contraxerunt mortem, venit crimen obijcere post meridiam: Erat tunc culpa in fervore; incognita penititudine, flammato pectore. Dum furor in cursu est, fanē cendendum furori. Dum recipitur animus, tunc obiurgationis tempus: tunc crimen cognoscitur, & corque pangitur tendens in dolorem, quoniam cognitio pungens suscitavit mentem. Unde cum Deus vellet inobedientiam à rebellibus cognosci; cedit studiosè temporis quippe tunc opportunum asperitatis tempus, cum transgressores apperuisse oculos. Floridè Seneca, 3. de Ira; cap. 49. Videamus (inquit) quomodo alienam iram leniamus; nec enim sani esse tantum volumus, sed sanare. Primam iram non audebimus oratione melleare: sarda est, & amens. Dabimus illi spatium: remedia in remissionibus profunt: nec oculos tumentes tentabimus, vim rigentem movendo incitaturi; nec cetera vitia, dum feruent. Initia morborum quies curat. Indignor, & non invenio dolendi modum. Tempus expectandum est: dabit penas. Castigare verò irascentem, & ultrò obiurgam ire et; incitare est: subdit cap. 40. Unde Plaut. in Amphitr. Act. 2. Scen. 2. à v. 71.

Tunc obiurgationis tempus, cum recipitur, animus.

Senec.

Iras non iritandum.

Plaut.

Tempus indulgendum in cognitionem erroris.

V. 81.

Stat. 2. Trist. v. 23.

bid.

Irritabit crabrones. Bacche bacchanti Si velis adversari, ex insana insanio rem facies. Feriet seipsum; si obsequare, unā resoleat. Tempus enim Deus accipit, ubi iustitias indicare decernit; ut post languidum culpæ fervorem, peccata introversus percussa procedant in penitudinem: potiusque est voto, expectationis articulo, accepta inobedientia penitentia, sine ulla in iudicem repugnantia: igitur cum reis in mentem dedisset tempus; cognoverunt sese esse ad excusationem nudos.

6. Contemplerur quanti momenti expectatio, non solum in criminis respicientiam, sed in iudicis corrigentis observantiam, sese absconderunt, Cum audissent vocem Domini. Præditi sunt ausus, ac commotum voce pectus. Graphicè Ethnicus, in quo claret Enthusiasmus.

Primaque modestia culpa Confundit vultus: tunc ora rigantur bonestis Imbribus, & teneros lacryma iuvare pavores.

Quare cum tempore dato, viscera intime audacia pupillæ penitendo; etiam plectendâ apparuerunt humiles, qui audacter in legem fuere rebelles: igitur qui fregerunt procaciter legem, præ pudore confusi tremunt ad vocem. Abscondit se Adam & uxor eius à facie Domini. Effectus liquet penitudinis,

dum portatur in facie rubor insigne doloris ob maiestatem despectam, & legem fractam: quod quidem fortitan non contingeret, si transgressionem actuum obiurgaret. Tempus expectandum est, ut error compungat cor:

Et licitum sciat & vetitum que pena sequatur.

Morbos curat quies, qua qui rebelles vel in penam dociles, confusi, commoti & perturbati à conscientia, actione prorumpunt in gratâ: siquidem qui fastosi proterve percipi in crimen; non ausi præ verecundia offensi videre faciem. O tribunal divinum, iudicum nobile exemplum! Vocavit Dominus Deus V. 9.

Adam. Solicitudine in correctione correctionem: non ausi præ verecundia offensi videre faciem. O tribunal divinum, iudicum nobile exemplum! Vocavit Dominus Deus V. 9. Adam. Solicitudine in correctione correctionem: non ausi præ verecundia offensi videre faciem. O tribunal divinum, iudicum nobile exemplum! Vocavit Dominus Deus V. 9. Adam. Solicitudine in correctione correctionem: non ausi præ verecundia offensi videre faciem. O tribunal divinum, iudicum nobile exemplum! Vocavit Dominus Deus V. 9.

Ubi ubi est? Ubi ubi est Princeps? Siccine iudex reum vocavit, & hic illic respondit: Vocem tuam audivi, & timui. Temporibus medicina valet; si non opportuna, nocet: Deusque vocat opportune; quippe sine dato tempore nec vocem audiens audiret, neque iudicem, legem transgressus timeret. Deus vocavit, Adamus exemplo respondit; eod quod Index Divinus discussione transgressionis, indulset tempus pro cognitione criminis. Unde cum ex acerbitate, cordium oriatur in criminibus protervitas; oportunitate temporis, vel in supplicium humilitas; iudicio Dei prevaricatori accedente pro cognitione opportune, statim vocem audivit, & respondit vocationi.

7. Instat Aurora debet esse corrector de qua dicitur: Illuminat & eliminat. Vide qua diximus latè Tom. 5. T. 11. à n. 22. & Picinell. Munda. Symbol. lib. 1. n. 52. Hocce propositum debet esse in correctione ad acquisitionem errantis anime, ne contemnat præcipitum, cum in profundum venerit peccatorum. Ut peccati sit averfio, debet ingeri pristina averfionis cognitio: corrector que confertur merito Auroræ, adversans commissio crimini; quoniam ut in rectitudinem convertatur cordis pravitas, ius est expellere & illuminare tenebras. Eliminare, ut cognoscatur malitia seu fragilitatis error: illuminare, ut compunctionis exoriatur fulgor: et enim quandiu in mente affectio in erro-

Manil. 4. Afr. cap. 1. v. 11. Sic cordis commotio & conversio.

V. 9.

Aristoph.

V. 104.

Et penitentia submissio.

Cur corrigens Auroræ confertur?

rem extiterint umbræ; in correctionem non oritur lux Solis intelligentiæ. Nonnulli imprudentes, quasi impetu possint curari vulnera læsæ superioritatis, acerbitate verborum & verborum frangere insolentem fatagunt animum. Crimen & inflationem non eliminant, quippe moderatione non illuminant; sed bilem provocant, & vespas irritant. Non quidem alia de causa (ni fallor, utinam fallar!) nisi quia querunt in supplicium, sine charitate, ac citra iustitiam, novum crimen, non antea emendationem: equidem eorum demulcetur sanguinolentia; modò ad penam & penam sint crimina plura & plura. Hi nati sunt in popas; merenti, ni habeant in truculentiam victimas. Immoderatus rigor asiliphiæ, quos corrigit, non corrigit; sed in laqueum diaboli precipitanter impellit: ait Ivo Carnotens. Epist. 82. & Augustin. in cap. 6. ad Galat. Quicquid enim lacerato (inquit) animo dixeris; punientis est impetus, non charitatis corrigentis. Quorsum amarulentus vultus, aspectus torvus, & subacidum pectus? Ut quid frons caperata; insigne rutilicatis, super scriptio amaritudinis? Quid in verbis exhibit, nisi ustione de corde, fornace iracundiæ flammâ situante? In his fatagientibus malorum, non tantum abest misericordia, sed & iudicium. Videtis multos sincere licet intentione (inquit Bernard. serm. 2. in Resurrect. n. 8.) leviter dicere, quod graviter audiat. Volat irrevocabile verbum, & quod sanare debuerat, quia mordacius forte videtur, exasperat & exulcerat magis: quando negligentia additur impudentia, etiam & impatientia cumulatur; ut qui in sordidus erat sordescat adhuc, declinans in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis: ac more phreneticis non solum repellens; sed & mordere tentans medicæ manum. Labor callus: quandoquidem impossibile; quod compos mentis, phreneticus: & dum ratio sic obviam, amentia statim exardescit in iram.

Errorem eliminat, tenebras illuminat.

Ivo Carn. Augustin.

Præfatus corripit acerbitas & rutilicitas.

Bernard.

Prov. 9. 7.

Correctio frustratur, ubi corrector ridetur.

phreneticum sibi contrahit: equidem cum sic iracundiæ phreneticus, & desipat derisoris animus; ignominiosè etiam furens Præses audit, quicquid in buccam derisoris venerit. Verum quare hic instat iustitidione protervus, & derisor inobedientia obstinatus? Ille arbitratur desipit, fusque deque fieri, ac elimari pro nihilo: subdit non à iustitia plecti, sed Præsidis odio, alienatione animi & cordis perturbatione; quin delinquens vel cognosceas reliquat errorem, quia superiorem in pena cogitat etiam errantem; quo estimatio nominis ex severo imperio decidit, fama ex malignitate languet, culpa deaurata quasi innocentia, ut dispalescat corrigentis infamia: equidem est falsa opinio; & adstructa subditi procacis, incorrigibilis; pravî futili testimonio, quia sine patrono nulla crimina, non deletur de Prælo semel opinio concepta. Unde dum certatim uterque pugnat, alius alium aggravat. Præses in auctoritate nititur, quæ a subdito plene ridetur. Fit incus, dum ille maleus, in certamen fitat peccatus, totius rumpeus repagula iuris; fretus opinione sparsæ utucque averfionis. Ad flagra nec colorem mutat, ad minas cachinnat, effrons depudere nescit, verecundari dedidit: & ita scintillans agitatione corporis exardescit (cum sit criminis pro salute levamen, nullam sperare salutem) ut nec profutura videat, sed impossibilia appetat, ut vivat effrenis, ut potius formido, tericulum Superioris. Ad rem Ioanna. Serasberienf. de Nugis Caroli, succinit: Forsitan unde tibi datur hæc audacia? Quare.

Quid de subdito & Prælato, si intempestiva corripitur?

Sarcibus.

Forfitan unde tibi datur hæc audacia? Quare.

ro. Dicit: nil metuens, omnia tutus agit.

Omnia tutus agit, quem nec spes nec timor angit:

Cui mala cuncta placent, omnia tutus agit.

Quis, ni sit amens, vellet corrigere siccine amentem? Hoc non corrigere, sed proprium videtur deturpare nomen: irrisorilicque veteri Siracides exprobrare culpam, ne obiurgans concillet sibi vilipendium, famæ maculam, ignominia opinionis, ac dedecore imprudentis: quandoquidem, quia ex abrupto, estò faciat flammâ zeli; attruet correptus in vulgus factum ex malignitate.

9. Peius utique: vetè ex parentibus attruet; igitur hocce in tractu improvido, serjò dicit: duntaxat peccus malignum, posse velle continere phreneticum. Delinquenter qui superbo animo corrigit (inquit Isidor. de Summ. bon. lib. 3. cap. 3.) non emendat, sed percussit. Quicquid enim protervus vel in-

Isidor. Notatur incontinentia Præfidi, ut peccata evanescent eriguntur.



dignans animus protulerit, favor est oburgantis, non dilectio corrigentis. Quoties subditus iuste aut iniuste Superioris notat intentionem; haud facile reddi in frugem. Tunc recedat Praeceptor, donec sit tempus. *Miseris temporibus tempora*: ait Gloriosus Benedictus, *Regul. d. cap. 2.* Alias, ut dicebat Periauder, apud Herodot. *lib. 3. cap. 19. Malum medicatur malo.* In quaque ruit, qui undique obitus. Ponit modò in pulvere os suum, si forte sit spes. Modò expellens formidinem, quærir per vulnera mortem. Agitur desperatus, à quo afflictionis tantum cogitatur exitus. Tunc hærere Praefidi debet alta consideratio:

S. Bened.

Herodot.

Tunc subditus abscedat.

Ovid. 1. Trist. 1. v. 101.

*Tantum ne ceceas, dum vis prodesse, videtur.*  
Satiùs sanè, indulgere, vel nocentis dissimulare crimen; quam correctione importunà prolabi in desperationem.

Propter patricium David esò pater persequi Absalomum decrevit: ille fugit, atque persequi cessavit. Res publica sanè salva, ubi obinetur improborum fuga. Quæ pessimus indole prava non faceret, qui pro gratia quam per amicum optabat, eius segetem combussit? Veniam à patre, loabo intercessore extorsit mulier Thecaites, ne filius eaderet animo acerbitate patris: cui dixit: *Nec vult Deus perire animam, sed retrahat cogitans, ne penitus pereat qui abiectus est.* Cùm David persequeretur crimen in filio, illi obijecit persequi, esò iuste, desperatio: igitur si à venia spe cogitatione decidit, timendus qui nil timet: quandoquidem nihil formidat, qui nihil sperat. Hispan. *Quien no tiene que perder, ó no tiene que adquirir.* Gratiam quærebar in offenso, ita ut criminis inesse obliuio; ne periret fugà abiectus, qui indultum tempore ac tempore desperatus: & dum instantiam patris in persecutionem videt, Thecaites femina à persecutione remouet; quippe denegatà venia fugiens iudicis patris vexam, exagitatus ab animo procedet in perditionem. Pena debet inferri in criminis supplicium, dum supplicio repellitur crimen; haud ubi animum reddit vexatio audacior, præ nimia pernicacia, spiricum insolentia: etenim quod docilem placat, proacem iritat. Unde cum pater persequi decerneret filium ob gravissimum crimen, femina suggerit, quòd secus retractet cogitationem; quoniam si pater non fecerit, iudex in acerbiora ac duriora flagitia precipitabit. *Alium quidem blandimentis* (subdit SS. Doctor Benedictus, d.) *aliam verò increpationibus: secundum uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam, se omnibus Prae-*

Praefes aptetur genio errantiam in corruptione errantiam. S. Bened.

ces conformet & apert. Non increpandus subditus, dum furit; igitur vehementius exardescet. Blandimentis tunc fovendus, ut desuperet stomachus: igitur requiescens cognitione errati prompissime faciet, ad quòd æstantem flagrum, nec fulmen movebit.

Quisnam protervior Saulo? Nihilominus tamen ferrei cordis naeta lumine conversio. Conflagrabat fornax cordis; erat enim spirans minaram & cadis; & ne posset devenire in veritatis optabilem cognitionem, ipsum errorem reputabat veritatem, datus in legis fractionem, suo iudicio zelo legis. *Circumfulsit eum lux de caelo, cuius audit vit vocem, ut vidit lumen, responditque loquenti: Domine, quid me vis facere?* Adinstar Bellerophonis, caelum petentis, à Deo præceptis in terram decurbarus & cæcus: de quo Natal. *Com. 9. Mytholog. cap. 4.* Dicam ex Virgil. 3. *Aeneid. v. 88. & 8. v. 121.* *Obstupuit tanto percussus nomine Paulus. Quem sequimur? Quòd bre tubes? Ubi ponere sedes?*

Act. 9. 3.

V. 5.

Virgil.

Iam voluntas prompta, quæ dudum pertinaciter averfa, aure & cervicè durissima? Caelum haud vibravit fulmen, sed pro fulmine splendorem; quo cæcus, cordis aspicere cecitatem. Eliminavit tenebras in mentis lumen: illuminavit mentem in erroris cognitionem. Unde cum vel faxei cordis fiat conversio, ubi expulsi umbris, videt rationis cognitio, eliminatis tenebris erroris, face illuminata mentis; qui pugnat resistens Superiori, tanquam hosti, subditus iugo respondet: *Domine, quid me vis facere?* Siccine vel estrenis protervè, corrigitur, quippe correctione illuminatur; dum supplicio non illuminatus cervicofusus, quoquò ut exeat, delirat, an hæc sit exitus.

Errant esse protervum, si illuminatur convertitur.

Greg. Mag.

Ia Haud hoc intuitu Praefes peccata delinquentium dissimulat, uti ubi sapr. Benedictus vigilantissimè cavet. Unde Gregor. Magn. d. *lib. 20. cap. 17.* ait: *Si ab increpatione recedat reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus; non iam lucra Dei, sed nostra querimus.* Commendatur munus dissimulationis, pro dono opportunitatis; ne dum occurrit capitonis articulus, Praefes, sit turbulentus & anxius: Ita Benedictus monet, d. *cap. 64.* *Nedum nimis cupit eradere aruginem, frangatur vas.* Qui turbulentus nihil præ auctoritate considerat: anxius nihil, nisi se ut Superiorem cogitat; & dum purgantur errata, sine anxietate fit & sine turbulencia; igitur correptio in fracti cordis dirigitur consoliditatem, & nequaquam in fractionem. *Morbos est somnus & vigilia modum, excedentia:* inquit Hip-

S. Bened.

Praefes ne sit turbulentus, & anxius.

Hip.

Hippocr.

2. Mach. 1. 20. 22.

Portentum ferretur in tempus.

Senec.

Manil. 3. Astron. 6. v. 42.

Hippocrat. *lib. 7. Aphorism. 71.* Non dicimus, quòd Praefes ad correctionem dormiat; sed ne pro correctione vigil supra modum exiltat: equidem si non servatur modus, apparebit turbulentus. Modus vivide obijecitur in igne sacro tempore captivitate in aquam converteri; & post operatam populi libertatem, ipsi aqua conversa in ignem. Dum subditus rebellis; captivatur ratio, nec est precipitationis caecæ ulla cognitio. Zelus Praefidis ignis est, quo sollicitat effrontis deliri emollescit cor: verum debet esse sollicitus, ne zelo imprudenti sit opere turbulentus: igitur in aquam converterendus est ignis, quandiu captivitas perseverat rationis; ut pro correctione post adeptam cognitionis libertatem, lenitas aquæ convertatur in ulsionem. *Nec medicina morbos insanabiles vincit* (ait Senec. *Epist. 94.*) *tamen adhibetur.* In animis non est morbus insanabilis; pendet medicina à voluntate languentis. Anima crebris excessibus quasi insanabilis infirmatur; sed medicina adhibetur, primò in levamen languoris, post in remedium proficuum revalescentis, denudò voluntate sanitatis avida, acerbitas pharmacorum est efficax medicina: equidem cum hominis remollefecit durus animus, *Mutatur tempore tempus.*

Plutarch. Virtus sibi premium.

Plaut.

Senec.

Idem.

Qui studeat virtutis faciem, non studeat virtuti.

DIDASCALIA III.

Virtus tunc fulget, se latet.

De virtute ait Plutarch. in *Aristid.* tanquam de re pretiosiore à curiosio, quid portaret? *Ideo velo occultum porto, ne scias. Si vellem cognosci, haud studerem velari.* Retunditur ex articulo studiositas, & etiam apparet quantis periculis virtutis addita fragilitas: etenim ita insidiosis impetitur, ut occulta in perniciem cognoscatur. Hinc à Menandro dicitur in *Heleo.* *Insancta virtus.* Infelix prosum, quam sequitur vel obviat in perditionem periculum: equidem modò in cognitionem videatur, quæ cognita non videtur. Si huius periculi aliquod hieroglyphicum exponerem, Dominum in Enaus autem ceu speculum eligerem. Duo ex discipulis eius, loquentes de eius passione & virtute, pergebant eodem itinere; illis ignotus apparuit, seque pergentibus in colloquium tanquam peregrinus iunxit. In virtutis habitus in commendationem eius speciositatis: virtus scilicet sine habitu virtutis, ut possit inter homines exillere, quorum oculos perstringit mirabili veneratione: equidem si videtur, quia videtur, fascinoatur. Peregrinus, apud quos peregrinus est, quis sit, latet: ita virtus illibata inter homines procedit; quippequam non cognoscitur, si cognita, & incognita pulcherrima: ingeniosaque, altoque molimine, caelestique intuitu

Tom. VI.

ex dono Numinis, quòd censebatur thesaurus, in procellam vectorum ventus, & ventus. Ulysses ut placide veniret in patriam, dona abscondit; ambitus sociorum, ut summergerentur in pelago, discooperuit. *Ovid. 14. Metam. lib. 6.*

Memorable munus. *Invidia socios, praedaque cupidine victos, Esse ratos aurum, dempsisse ligamina ventis.* Hinc Tautologia: *Tacent populus, & non respondit quicquam.* Apud Itaiam: *Siluerunt, & non responderunt verbum.* Hæc est regula virtutis, ut siltat in medio cordis: igitur eius entitas ita delicatè constat, ut vel verbo statim distulat. Siluerunt. Ita virtutem servarunt. Folium est, quòd vento rapitur, si à verbo attingitur: verbumque ventum iuvat in raptum; quippe ipsa virtus tunc convertitur in ventum. *Siluerunt & non responderunt verbum. Non quicquam.* Cur præmissa taciturnitate, additur etiam silentium sententiz geminatione? Cautio in virtute indicatur, ubi silentium in silentio regeatur: igitur virtus ita periculo obnoxia, ut nec silentio sit cuta; quippequam ut evanescat eius nimia pulchritudo, etiam dicitur silentio.

Ovid.

4. Reg. 18. 36. Irai. 36. 21.

Qualiter virtus eligitur, ubi violatur silentio.

Menf. Philoloph.

Menand.

Non videtur, si videtur.



virtus excellens videtur, sed habitu peregrino; quippe tunc inter homines existit, & optabilis cum estimatione pretiositateque floret, si virtus videtur, & ut virtus non agnoscitur. Oculi discipulorum tenebantur ne cum agnoscerent, quamvis illam avidissime cernerent. Peregrino habitu apparuit latens, quasi non esset praesens; praesentia natâ, quia ignota: fugitque ingeniosa perditionis periculum, quoniam virtus cum esset, non habuit virtutis habitum: etenim coram, oculis periret, si habitum proprium teneret. Notat articulus ruinam virtutis, cum virtutis ornamentis. Christus ergo invitatus accubuit, ac panem fregit. Casualis ergo in virtute atque connaturalis in articulo operatio; sed per speciem in virtutis noticiam corda pulsavit cognitio, impellens virtutis comites, ut eius clarè videretur species, per lucis vibrata radium; verum evanuit ab oculis eorum. Oculis illuminatus in fugam virtutis validissimus impulsus; ut conlitter eius periculum, quæ infeliciter evanuit ex ictu levi oculo: equidem ad nihil est redacta, quæ occulta à non cognoscensibus tanquam virtus peregrina. Vide dicta; Tom. 2. T. 4. D. 8. n. 2. Constat dum virtus erat, & non contabuit; dum non videbat, qui videbat: igitur ita delicatae entitatis, ut evanesceat vel lumine cognitionis, non visa, visa; neque cognita, cognita; cum virtus virtutis in eo quod viderent, & videntes non agnoscerent: vaporavitque in ventum, simulac aperti sunt oculi eorum; siquidem quæ peregrina habitu larvato splendidissime fulsit, neque ad speciem apparuit.

3. Cuncta bona inclusa in Pandoræ pyxide finxit Antiquitas, quæ hominibus concessit lovis ingenita generositas; sed conditione, ut laterent, alias acturum avolarent. Ita accidit in nocentium hominum; ubi auri vasculi retractorum operculum.

*Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.* Accinit Martialis. 1. Epigr. 16. Adi Haesiod. in Theogon. Horat. 1. Carm. Od. 15. Lil. Gyrald. Syntagm. 13. n. 51. Natal. Comit. 4. Mytholog. cap. 6. & Nos latè in Ephemerid. varijs in loc. Quasi exemplar conditionis, & periculi virtutis objicitur pyxis Pandoræ, exule curiositate: equidem quæ latens uti pretiosa servatur, cognita non invenitur; quippe dum aër leviter tangit, tanquam vapor evanescit, volatque, ne regreditur, quæ ne videatur videtur. Iridi apte confertur. *Imago areus* inquit Seneca 1. Natur. 99. cap. 5. *ex longinquo clara est: interit, dum in vicino est.* Arbori molitudinis quod in tristitiam, cedit in virtutis gloriam. De illa di-

citur (ut videbimus Tautolog. 9. D. 2. n. 11.) nocte florere, ac ortu Solis cunctis floribus nudari. Maior pulchritudo, quò non videtur: altius encomium, quò non plauditur: amplior claritas in obscuro, in tenebris illuminatio; quippe virtus forum exornatur venustate per amica silentia Luna. Sequitur conditionem flos apud Nostrates dictus *Maravilla*. Tunc formosior, si lucis fugit splendor, indicans ostentatione desloratam virtutem, & eius pulchritudinis languorem: equidem dom absconditur; à videntibus latentem designatur ut miraculum. Hic flos ornat puerorum ac virginum funera, tanquam virtutis patula vigilantissima nota: igitur si patet oculis, signat funera virtutis. Olympus enim sua culmina celat, altitudinem occultat: pretiosaque Silenorum non in facie, sed in pectore. Ita virtus niter.

*Pectore summa tegit.*

4. Haud fugit acumen Ethnicorum ingenia: igitur illis etiam virtus peregrina. *Virtutem alatum effinxerunt* (inquit Chartar. in Minero. pag. 246. & seqq.) *quare non inpetit eam quidam peregrino habitu induerunt.* Bonum enim tanquam ex arcu Pandoræ, exivit volans è pectore. Alata est, nil mirum, si avolet, & relinquit, qui repellit; agrè ferens regredi, ne iterum cogatur ipsa ostentatione exire. Manifestatio est virtutis proditio: pennataque sumit alas, ne à proditore denuò expetiat insidias. Delicæ eius esse cum filijs hominum: peregrinoque habitu induitur; quia non mansionem, sed tantum habet hospitium: equidem cum difficile fervetur, quia pretiosum demonstratur; ut tantum in illorum pectore, sit hospitio, ipsa ostentatio expellit è domo. In alia ergo migrat, & habitu incognito sese celat: equidem nec haberet hospitium, si habitum fumeret proprium. Tenerina est. Ubi apparet, evanescit. Fugiat cognitionem, quisquis susceperit ingredientem virtutem; igitur ita habenda (ut habeatur) à suscipiente; quòd habentis habita nec cognitio in cognitione. Cognosceret, ut servet, non ut avolet. Cognosceret quasi non cognosceret, & habitus quasi non haberet. Verrecunda est, fugit ad cor. Si è pectore exit, languet, quia refrixit. Vernacule: *La da un refriado.* Siccine itaque pater; quia patet, factidum vulnus; quæ rutilabat altimabilis virtus. In manu Moysis, qua facturus signa, corruptæ virtutis præ se fertur nota. Signa virtutis sunt nulla virtutis signa, ut virtus constet; quippe statim fascinatur, si etiam per signa cognoscitur. Manum extrâ habebat Moyses, qua portenta patraturus sin-

Olympo & Silenit

Carducc.

Chartar.

Virtus cur alata, & peregrina stola?

Exod. 4. 6.

gularia in terra Cham; tuncque Deus, *Mitte manum tuam in sinum tuum.* Absconde in manu virtutem; ne contrahat ostentatione languorem; etenim siccine, ut elangucat, luceat, quippe uti nuda aère ambiente refrigescit. *Mitte manum in sinum,* ne patiatur nocentium. Missit, sed illic protulit. At quomodo? Proculdubio leprosa, virtus nuda. *Protulit manum leprosam instar nivis.* Quam in sinum misit, languit: quid si protulit? Idem fuit, virtutem ostendere, & sanitate fugere; igitur in manu haud obiecit virtutem, sed fastidiosam putredinem. Contrahit enim in operationibus lepram, qui querit famam; igitur laborat gloria, sed non virtuti, calcans quod strenuè laboravit; siquidem virtutem ob virtutem non quæsit. Manum protulit, sed *protulit leprosam instar nivis.* Multos fallit huiusmodi pulchra species: etenim quæ videtur fama, non candor morum, sed lepra. *Leprosam instar nivis.* Elucet effectus ostentationis, ut servet pectus quicquid in perfectionem vite congerit virtus; alias minus cauta à statu decideret perfectionis: in eiusque signum casus exponitur lepra & nivis; igitur nive friget, lepra languet. Hinc actuum ut manum protulit, Deus in sinum illam retrahere præcepit. *Retrahe, ait manum tuam in sinum tuum.* Affectionem ostensionis aspexit, & continuò in manus retractione remedium medicè exhibuit. Contraxit virtus nuda luminum morbum? Retrahe quantocyus in sinum manum: quippequam infirma virtus, nisi foveat pectus. Rara profectò virtutis condicio! Refrigescit, & languet, si nudatur: ornata perit, quoniam habitu cognoscitur. Quid inter huiusmodi anfractus operabitur cor? *Videant* (ait Christus) *opera vestra,* & *glorificent patrem vestrum qui in celis est.* Dicemus, Tautolog. seq. Didasc. 2. n. 7. An quia opus in publico, & in abditis intentio? Siccine manus ad nutum Dei retrahitur & profertur: etenim si servatur in sinum abscondita, & retracta sanatur contracta lepra; sine ullo periculo cognoscitur, plauditur, ubi ad gloriam Dei ostenditur.

V. 7.

Virtus nuda frigit.

Math. 5. 16

5. In pulcherrima allegoria exponeatur virtutis simulque Numinis gloria. *Omnis viri caput Christus est* (ait Paulus) *caput autem mulieris vir.* *Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.* *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum.* Causam subdit. *Vir quidem non debet velare caput suum; quoniam imago est gloria Dei est: mulier autem gloria viri est.* Elucet

1. Cor. 11. à 3.

V. 7.

Quando friget, & frigore languet

quomodo dirigenda in ostensione, sine eius ostentatione pretiosa virtus; ut eius gloria sine gloria in terris ac in caelis glorificetur Deus. Velanda ergo femina, non vir velandus in oratione, sive prophetia, virtute gloriosa: equidem si gloria hominis femina, homoque Dei exponitur gloria; ut virtus eluceat, virtus clarescat & lateat: lateat gloria hominis, & clarescat gloria Numinis. Sic enim effulget *lucerna sub modio.* Lucet, dum latet; quippequam gloria hominis sepelitur, dum Dei gloria revelatur. Procedit de claritate in claritatem, quia virtus clarior, dum proprium derelinquit splendorem. Latet in lucerna pectoris, & rutilat umbris: igitur cum intendat duntaxat Dominum glorificari, & tenebris mirificè habet lucem splendescere: maiorque gloria hac arte virtuti fit, quippe solummodo intenditur gloria Dei. Penetrare cordis cum huiusmodi proposito, pellucido confertur electro, ubi virtus occulitur & simul manifestatur. *Dignum tantorum pretium tulit illa laborum.*

*Et latet & luceat Phœbontide condita gutta.* Hæc virtutis gloria, ne frigescat & languet: siquidem utriusque periculum, ubi non est latenti virtuti secretum.

6. Diximus Tom. 1. T. 5. D. 14. n. 11. virtutem signari igne sacro, à Ieremia per sacerdotes tempore Babylonice captivitatis occulto. Ibi luxit, & toto decursu captivitatis; ne renuat anima à Deo insigne beneficium tribulationis: igitur ignis amoris magis accenditur, quia in infirmitate virtus ad summa perficitur. Haud tadeat laboris, cuius studium in perfectionem virtutis: etenim amoris pignus celeste sub ictu tuniionem pati. Placuit Rabbinis malleum quo efformata vasa pretiosa Sanctuarij, esse illis loco sigilli: equidem cavam habebat figuram cordis in venustatem; ut eius imprimeret in quolibet ictu effigiem. Ita Rabb. Ionath. in loc. Exod. 25. 18. *Duos Cherubim aureos & produciles:* de quo alias in Gertrudis excellentiam, atque Cherubicam formam. Iam ergo minimè tribulationis renuendus ictus, quippe amoris vulnus: quandoquidem si anima malleo continuo tunditur, signum amoris cordis imagine imprimitur; ac in silice pectoris, ut accendatur, elicitur ignis. Ille qui à sacerdotibus absconditus, erat celestis. *Levit. 6. 12. & 13.* fuitque perpetuus, quando cunctis locis, in quo lucebat, ignotus. *Ignis spiritus* dicitur hic ab Oleario. Perpetuus debet ardere in cordis altari: & cum plausus, imò visus extinguit, quem

In virtute latet gloria hominis, ut splendat gloria Numinis. Luc. 11. 33.

Martial. 41. Epigr. 32.

2. Mach. 1. 20. Virtus tribulatione splendet.

Rab. Ion. Exod. 25. 18.

Eius ictus, amoris vulnus.

Oleas.

Virtus solida videtur, si solida natar.

Luc. 24. 31. Quando coarctatur.

Martial.

Cur confertur Pandoræ pyxidi?

Senec. Iridi, arbori tristitia & miraculo stori?



Si eius flam-  
ma ostendit  
tur extin-  
guatur.

Vives.

Licet.

Unde lucer-  
na perpetua  
Antiquorum  
flamma so-  
pitat.

elafura in custodiam vehementer inflam-  
mar, follicite ignis spiritus à ministro abscon-  
ditur, ne cognitus aëre ambiente in perpetuum  
extinguatur. Patet periculum in Anti-  
quorum lucernis monumento cadaverum  
collocatis, de quibus ego fufe, Tom. 3. T. 4.  
à n. 22. *Brutum est sepulchrum* (ait Ludov.  
Vives in 21. Civ. cap. 6.) in quo ardebat  
lucerna condita ibi: eaque tota extemplo ut  
contrectata cepta est, inter admotas manus  
fricta, in tenuissimum abiit pulverem. Rupta  
etiam fuit phiala in qua lucerna dicata  
Tulliole, filia Ciceronis, que admissa aëre  
extincta est: ait Licetas de Lucerna. lib. 1.  
cap. 2. En symbolum periculi virtutis, in  
propatulo lucantis: equidem cum abscondita  
non tangat plausus, ardet incognita virtus:  
que quidem ita delicatula conditionis  
extra monumenta peccatoris, ut totus splendor  
evanescat, modò foris vel levis ventus oc-  
currat. Vanitas inimica virtuti, que signifi-  
catur aëre: hoc incuriosè tacta lucerna &  
extincta, efflata flammâ, ut studiosus fugiens  
vanitatem, abscondat coruscantem in secre-  
to virtutem: etenim extinguitur cum splen-  
dore inflammata interiorum virtus, dum in  
lucem exeantem tangit, ut accendat, ventus.  
Necessarius, ut sit virtus in homine, recessus  
in peccore, quo lucens uti ignis ardet: lucet  
sanè, si non luget, vel lucere non videtur,  
quia in extinctionem sufflatur: igitur tacta,  
quia visa, usque in pulverem reductur. Evan-  
escit ita que dulcis amenitas oculorum; ut  
ignis spiritus neque famus, neque signum.  
Non videtur, si videtur: quandoquidem nec  
lucida eius splendida flamma, si vento expo-  
sita extra pectus flamma frigida. Dialecto  
vulgari: *La llama de la virtud se pierde, si  
entre aplausos del mundo la toca el aire: ba-  
llandose al descubrirse elada de frio, la que  
brillaba escondida volcan de fuego.*

7 Signum obijcitur in Servatoris trans-  
figuratione. Quod tot annis pr amore ho-  
minum abdidit, aliquibus ex discipulis ostendit.  
Omnia omnibus patere non debent, maxi-  
mè si fulgent: equidem pereunt, dum pa-  
tent. Gloria enim animæ exivit foras, ut oc-  
culta rutilaret divina maiestas: & resplendit  
facies eius sicut Sol, vestimenta autem  
eius facta sunt alba sicut nix. Sedulius, 3.  
Carm. à v. 280.  
*Solis in atberem versus splendore figuram,  
Vicerat ore diem; vesperque tumentibus ipsam  
Candida forma nivis Domini de tegmine sul-  
sit.*

Quorsum ergo frigus & Solis radius? Quor-  
sum Solis splendor & nivis rigor; ut ex op-  
positis eluceat celatæ illudatque ostentatio

virtutis? Aliquid (dam nonnunquam amici-  
tor lumine theatro vestimento) in huiusmodi  
glorioso theatro later in documentum, cum  
apparatus gloriæ fruitur meditatio ex nexu  
contradictionum. Profectò, ut in virtutis  
manifestatione vigil apponatur cautio. Illo-  
tunc palam gloriæ connaturalem exhibuit,  
quam ex quo conceptus nube corporis abs-  
condit: & dum fulsit inftar Solis, frigus ex-  
ponitur nivis; ut clareat unde virtutis peri-  
culum, atque dolus insidiarum: equidem  
cum frigeat & langucat, ut evanescat, mo-  
dò ut videatur appareat; nix in gelu ad lan-  
guorem erat prompta, ubi virtus interna  
manifesta. Si oculus in stuporem versus uti  
pulcherrimum fascinat, ventus ex encomio  
frigiditate violat: nixque ac Sol propter con-  
versionem in opposita ununtur; ut virtutes  
animi nequaquam manifestentur: igitur eâ-  
rum flamma tota frigus; que in perfectio-  
nem coelestem exardescit intra pectus.

*Paulam sepulchre distat inertia  
Celata virtus.*

Inquit Horatius, 4. Carm. od. 9. v. 29. Fal-  
litur, quippe animas fatagere debet virtutis,  
nequaquam ostentationis: aliàs, flamma que  
ardebat ut Sol, frigida invenitur in publico  
tanquam nix.

8 Quærit ergo Christus *bonas margaritas*.  
Unde male, ita ut eam evanescat? Pre-  
tiositas? *Plena sunt & perfecta modò  
post conceptionem non ostentant, nec se ap-  
eriant* (ait Guilielm. Rondeletius de Testac.  
p. 2. cap. 52.) *Evanescent, emarescent & Rondela  
ad nihil rediguntur.* Si virtus margarita est,  
patet unde vili vel pretiosa virtus: etenim  
decoram habet pretiositatem ac plenam; mo-  
dò quod accepit toris continerit intra con-  
cham. Maiorem societatem habent cum  
cælo, ex quo illis conceptus; quam cum  
mari, in quo pretiosus editur partus: verum  
ex decore, aut inanitate unionis cognoscit  
custodia pignoris, vel ostensio abstruse  
pretiositatis; quam imitatur qui virtutem ser-  
vat, vel custodiam demonstrat: equidem cum  
illius decori sit nocuum, quasi in conchis  
post toris conceptionem oscitatio; apparet  
ad estimationem inanitas, que quibat esse,  
nè ostenderetur pretiositas. Conceptus con-  
charum margaritæ sunt. Cordium virtus, que  
quidem uti margarita ex conchæ oscitatio-  
ne vento inflatur, & marcescens uti inflata  
ad nihilum vanitate redigitur: equidem se-  
se aperiendo corrumpit, quicquid è cælo con-  
cepit. In agro cordis ut thesaurus invenitur;  
verum inventus absconditur. Quid thesau-  
rus invisus? In virtute & ex virtute pretio-  
sissimus thesaurus, absconditur ut servetur.

Virtus extra  
pretoria pe-  
netralia,  
flamma fri-  
gida.

Horat.

Quare mar-  
garite fini-  
lit

V. 44.  
Gr. Magna  
ait

Bernard.

Math. 25. 8

Ecclesi. 24. 2  
Aqua odorata  
& ibari.

Piccinell.

4. Reg. 25.  
27.

Magoa ei  
gloria, si  
custodiat

Perfidia sub  
velamine  
virtutis.

Pier. Valer.

ait Gregor. Magn. Homil. 11. in Evangel.  
igitur virtus in thesaurum non servatur, ni-  
si à luminibus servetur: nunquam enim ut pre-  
tiosa manifesta, modò non sit sub silentio  
custodita, Tribus malignissimis & validis-  
simis ventis exposuit sumus, Carni, Diabolo  
& Mundo (inquit Bernard. ferm. 3. Vigil.  
Nativit. n. 5.) qui conscientiam illumina-  
tam moliantur extinguere, insuffiantes in  
cordibus nostris desideria mala, motus illi-  
citos, & ita repente turbantes, ut vix pra-  
noscere valeas, unde venias, aut quò vadat:  
ex quibus etsi duo sapius intermittunt, à ter-  
tio autem nemo unquam sufflandi inducias  
extorsit. Ideo anima tegenda, ne forte qua  
dam illuminata extinguatur. Eligamus po-  
tius ardere, quam cedere. Hinc quia virgines  
invenientes non absconderunt thesau-  
rum, dicant miserè: *Lampades nostræ ex-  
tinguuntur.* Aqua odorifera exhalatur, si ser-  
vetur. *Secus Libanus* (species aromatica) non  
incisus vaporavi habitationem meam. Cætera  
aromata incisa præbent odorem, Libanus  
(virtutis typos) sequitur integritatem; ne,  
dum interius incisione ostenditur; ex quo bo-  
nus odor, ostentatione frangatur: fert enim  
ventus, quicquid non servatur intus: siqui-  
dem virtus sine odore integritate, evaporat  
vapore. Ita incedens pedem figat, ut mo-  
tum incedentis qui observaverit nec sentiat:  
quandoquidem si videtur in publico, levis  
exponitur vento: rumpitur namque virtutis  
corona, si interiora manifesta.

9 Symbolum virtutis exponitur malum  
Punicum, quia est illo cum diademate ex-  
teriora fulgent, nobiliora utique latent. Hinc  
Piccinell. 9. Mund. Symbol. n. 254. & 275.  
fuciniit.

*Quot grana ostentat, tot sidera punica malus,  
Sidera sub granis nobiliora latent.*

Hoc sanè intavir in columnis Salomonici  
templi erant retiacula & mala Punica: et-  
enim tunc maior gloria in excellentiorem  
gratiam; ubi virtutis fructus intra custodiam  
Pier. Valerian. lib. 54. cap. 30. per huiusce  
mali exteriorum speciositatem, signat veris-  
simel proditorem. Difcors videtur penitus  
hieroglyphicum, cum virtus ac perfidia nun-  
quam conveniant in nexum; sed corda hu-  
mana confociant sepe divortia: etenim no-  
cuiora multoties molimina proditiois sub-  
rutila, decora pulchritudine virtutis. Ergo  
in proposito subdit: *Purpureo scilicet, rubi-  
cundo lepidoque cortice spectantibus ad-  
blandiendo; mox interiora aperientibus ple-  
runque situm putorem marcoremque patefaci-  
endo, se probantibus imponat.* Unde Horat.

3. Epist. 16. v. 45.

*Introsusum turpens, speciosum pelle decorâ.*  
Pulchra sanquam virtus, quam servat  
pectus: at si aperitur, quod nitide later,  
foetet. Amœnar, afficitque visum, uti ma-  
logranatum, dum grana (prænarum vege-  
tabilium provincia, aut pyroporum rubicun-  
dorum scintillantium copia) sunt in carce-  
re; sed parit ostentatione: igitur male vel  
mirantibus olet; quippe ventus vanitatis  
pulchritudinem corrumpit. Maior malo pu-  
nico gratia, eò quòd solum illustretur cor-  
ona. Siccine virtus regina servat gratiam  
maiestatis, quandiu retinet grana purpu-  
rea in corticis vinculis. Paulatim interna  
aperit, atque diadema in ostensione destruit  
ut qui virtutis gaudet studio, perditat ca-  
pite alieno: siquidem, cadit disrupta coro-  
na capitis; dum virtus exit è clausura pec-  
toris. *Secretum meum mihi* dicebat Scra-  
phicus Franciscus; uti notatur in *Opuscul.*  
eiusd. Haud amittit coronam, qui ita celat si-  
ne corruptione gratiam: igitur custodia  
charissimarum, paradisus fit anima & malo-  
rum panicorum.

10 In Aaronis ornatu erant mala pu-  
nica & tintinnabula. *Tintinnabulum sit au-  
reum & malum punicum: rursusque tin-  
tinnabulum & malum punicum.* Vox erat,  
que virtutem in malogranatis inclusam  
indicaret, cum grana inclusa quodlibet  
ad speciem haberet: tuncque magis vir-  
tus relata sonuit; igitur quodlibet mo-  
tu virtus resonabat plausu. Equivocè vi-  
vidibus vulgari sermone: *Huyendo del elogio,  
lograba escondida un clarin à cada passo.* De  
herba *Agnus* plura dicunt AA. penes illos  
fit fides. *Membrorum figura huius nominis  
animal imitari, & animantis vitam refer-  
re:* ait Surlius, Ann. 1504. Hæc herba à Dio-  
coride lib. 2. cap. 7. dicitur *Vitex & Agnus ca-  
stus*, quoniam castimoniam influit; qua de  
causa in Thesmothorij Cereris (de qua de-  
causa in Ephemerid. Octobr. à die 11.) ob pud-  
icitiam sibi femine subternebant. Maiolus  
Tom. 1. *Dier. canicul.* colloq. 20. fol. 257.  
*Herbam vivam appellat: de qua subdit: Il-  
li siquis accedat proprius, sese spontè collig-  
git, velut metuens, aut pudescens. Quod si  
is qui accesserit, rursus longius ab illa ab-  
eât, libera metu pudore, tam se denudè di-  
latat: item, si fuisse contingatur, claudit se-  
se ac colligit, dimissa rursus se pandit, qua-  
si qua sentiat hominum animantiumque  
sentiam simul & absentiam.* Referunt etiam  
Acosta & Tamaius lib. 3. in *Flaxâmer.* n. 120.  
Sit, vel non eiusmodi herba, de quo dubi-  
to: videbimus custodiam virtutis in veris-  
simo Agno casto.

Horat.

Virtutis co-  
rona sum-  
pitur, ubi  
ostenditur.

S. Francisc.

Exod. 12.  
34.

Surlius.  
Dioleor.

Herba A-  
gnus castus,  
cuiusnam  
conditiois.

Maiol.

Ita



11 Iterum post baptismum cum ad ripam Jordanis accessisset Salvator, duobus discipulis praefectibus ita signavit Praecursor: *Ece Agnus Dei*, quod quidem audientes duo, qui cum illo erant, *secuti sunt Iesum*. Ego Iesus post vocem vel fugerat, vel discesserat: quando quidem non ad illum accesserunt, sed secuti sunt Iesum: quapropter conversus Dominus sequentes videns, interrogavit: *Quid queritis?* Cur ergo cum encomiasten Ioannem Dominus audivit, ab illo loco discessit? Erat Agnus castus, sese ad hominum praesentiam colligens, ut de laude pudefens. Erat virtus Dei in illorum illuminationem; docuitque illos servare virtutem, quae in hominibus petire potest, dum patre, maxime si laudari fugitque simulatque vox auditur, sese exhibens modeste exemplum, & signans virtutis hominis in artificio periculum: etenim virtus sublimior evanida, quando fuerit manifesta. Illudusque latuit, ac sine pudore; quippe mundus non cognovit, in illo corporaliter habitare plenitudinem Divinitatis, quousque virtutem designavit digitus Praecursoris. Assertor vocem audivit, & extemplo ad vocem aufugit, indicans virtutis fragilitatem: equidem periclitatur, si virtus habeat vocem. Ecce Agnus divinus. Audit, & secedit: Ecce Agnus castus, ac virtutis typus, ut servetur latens, quoniam sit praesens: igitur virtuti praecipis incognita ruina, si cognoscitur praesentia.

12 Coronam Praecursoris decerpere inhiabant, qui ad illum titulo honoris ab Ierosolymis venerant. Invidiose accedunt, quippe eminentem in virtute cognoscunt, & dolo supplantare moluntur excellentiam, ut maiorem e culmine patiantur ruina. Cicero igitur in praecipis; si virtus patens. Venerunt ergo, ut interrogarent eum: *Tu quis es?* Filij huius saeculi prudentiores filijs lucis sunt in generatione ista; verum multoties evanescit fetula. Ita machina doli: ceterum mentita est iniquitas sibi. Nesciet Ioannes servare sub silentio virtutem, scientibus perfidis sub peccore simulare iniquitatem? Cognitus a Ioanne doli, ut suffocaretur virtus; fruerenturque voto, si nudaret peccus. *Tu quis es?* Nihil esset, si diceret ille. Magnus utique, sed quid? Quicquid esset ex virtute, evanesceret; modo diceret: igitur si virtus extra penetralia cordis, dedecoratur pulchritudo virtutis. *Quid dicit de te ipso*, dum nihil dicit de te, nisi duntaxat, *Non sum?* Erat quod tacuit; & facile, ni taceret. Patet ex contextu. *Quis es* (dicant) *ut responsum demus bis qui mi-*

*serunt nos? Quid dicit de te ipso? Tu quis es?* Ioannes autem ad haec quid? *Ego vox*: respondit. Haec Praecursoris dignitas, quam Verbi sequebatur maiestas; at quod olivae nari manifestavit virtuti, Ioannes declarat in voce. *Ego vox*. *Quid enim vox* (inquit Seneca 2. Natur. 99. cap. 6. *nisi intentio aëris, ut audiat, lingua formata percussa*). Si vox aër est, & dignitas eius vox; exponit manifestationem virtutis, acque periculum manifestationis: equidem quicquid latens fulgurabat uti magnum, admirantibus cunctis desijt in ventum. Alius color obijcitur, ut eluceat quomodo virtus servatur, quia multis contigit bene agere, & fructum boni operis non habere. *Ego vox*. Protrahit muneris excellentiam, dum altissime dedit vocem suam. Promptus inter callidos hostes dignitatem virtutis, & virtutem dignitatis. *Ego vox*. Quid plus? Dixi quid studio curioso vestro, sine virtutis periculo. Dedit voci suae vocem virtutis, ut virtus servaretur cognita ac lactens in enititate vocis: igitur virtus adinstat vocis auditur, sed non videtur.

13 *Spiritus est qui vivificat* (dixit aeternis Servator) *verba qua ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*. Quid per Spiritum intelligendum, omnino ambiguum. Arab. explicat animam per vocem *Spiritus*; praeterea illi oppositum corpus. Alij intelligent aërem corpus vivificantem, iuxta illud: *Spiritus ubi vult spirat*, & Baruch. 6. 60. *Spiritus in omni regione spirat*. Per Spiritum virtutem intellegi, diximus. *Tautolog. 4. D. 5. n. 2.* Aptè quidem: ventus est vita, ac sine spiritu quasi corpus inanime, vita mortua. Virtus spiritus est quae vivificat, ac virtutis persistentiam declarat: igitur aëre vivitur, sed non videtur. Virtus aëris conditionem amulari debet, ut animam illustratione vivificet: igitur ita latere congruit, ne evanescat, quod hominem singulariter decorat; ut nil virtutis videatur, etsi per illam vita spiritus ministraret. Ventus spiritus est, sed sine anima, ego ab anima per ventum carni conferatur vita. Per ventum simul ruina virtutis signatur, & decora permanentia: permanentia, cum adinstat aëris, virtus vivificans adit, sed invisibilis. Ruina, dum virtus videtur, quae invisibilis servatur: equidem per serpente vanitatem, futilem ostentationem, dummodo videatur virtus, ex tanta pretiositate nil nisi ventus & ventus. Hinc verba, quae loquebatur, erant spiritus & vita: id est, verba vitalia, virtutis conditionem exprimentia: quandoquidem vitalis virtus, & spiritalis animus; ubi adinstat ver-

V. 23.

Senec. Tautolog. virtutis sine tantum vox

Ioann. 6. 64

Ibid. cap. 3. 8.

Vera, si audivit & non videtur.

Aliter veritas.

V. 67.

Mat. 23. 2.

Ovid.

V. 6.

S. Bened.

7. Rég. 20. 13.

horum auditur, & non videtur. Verba spiritus & vita sunt: *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt*: subdit Dominus. Cedit vanitati, quicquid negatur fidei: tuncque periculum credit, qui ostentationi student; cum videatur per solam ostentationem, inopinatio evanuisse virtutem.

14 In ostentantia, seu incuria Ezechiae patet offendiculum virtutis ex duritie vanitatis. Factum est miraculum insigne, ita ut ducti novitate ad illum venirent exteri, pleni stupore. Fecit illi Dominus magna, qui potens est, & adventicibus Babylonicis legatis subijt Ezechiam ventralia cogitatio; ut illi scirent, quantum dignatus a Deo. Ductus ergo huiusmodi vanitate, cupiditatis legatorum fomite; *ostendit eis cellam aromatum & argenti & auri*: & omnes apothecas suppellectilibus suis, & universa quae incocta sunt in thesauris suis. Sicine Paridi Menelaus, ut signat Ovid. *Epist. 15. v. 127.* *Ille quidem ostendit quicquid Lacedaemone tota*

*Ostendi dignum, conspicuumque fuit.* Advenit pauci casu, sed meditante Isaias, cui Rex retulit ostentas legatis gazas: tuncque Vates: *Non relinquatur quicquam, dicit Dominus*. Quare igitur evanesceret tot pretiosa recondita in Regia? Quia manifestavit in thesauris recondita: etenim necessarium visis opibus in thesauris; quod anxie appeterent hostes. Haec calamitas quasi umbra corpus, sequitur virtutem, in thesauris animae; ne expendatur, studiosè lateantem; quippe debet esse sub silentio, quicquid illi conceditur liberaliter a Domino. Est anima virtutibus dives, quas sigillatè oportet in thesauro occulto cordis: nec quicquam relinquatur, ubi coelestis thesaurus manifestatur; igitur furantur hostes ostensa pretiosa dona, quoniam ostensa. Ut quid perditio haec, ubi cuncta intacta, si cuncta servaverit cor? *Non velle dicit sanctum* (legislator N. monet Monachum, *Regal. Sancti*, cap. 4. Instr. 61.) *anquam sit; sed prius esse, quò verius dicatur*. Amittit ostentatione, quod diceretur: etenim expendit vanitate non tantum quod habet, sed quod poterat habere.

15 Difficile videtur, sed in contextu explanatur. *Ostendit eis Ezechias domum aromatum, & aurum & argentum &c.* & omnia quae habere poterat in thesauris suis. Quae habere poterat innumera erant; nec ostendere quibat, quae habere poterat. Solum quae habebat in thesauris, valebat obijcere (ut averent) legatorum oculis: quomodo ergo ostendebat, quae in gazis habere poterat? Huiusmodi sententia signat virtutis Tom. VI.

pericula, & quid vana charismatum ostentatione amittat anima. Multa Deus ei concederet, si concessa servaret. A donis cessat, quia vanitate deturpat; & ostentis thesauris, adinstat Ezechiae, uti amissa notantur futura divites opes; quippequam ventibus non solum habita amittit, sed etiam quae habere poterat, si cessasset. Rupta fuerunt in templo morte Salvatoris velamina, & illic expiravit Synagoga. Arcana summa virtutis patefecit, & ostentatione clanguit; *ut nihil iam esset discretionis, ubi nihil recondiderat sanctitatis*: ait Leo Pap. term. 8. de *Passion. Lateat, ut fulgens sub velamine exillat*. Non secus peccus, ut perfluit virtus. *Conditur hoc animo pietas, hoc peccore virtus*.

*Haec sunt interius quae meliora latent.*

DIDASCALIA IV.

Murus Praesidis commendabile sine munere.

1 Bonum commune commendatio dignitatis: adimpler enim ex expectatione officium, si quod tantum Reipublicae, proprium arbitrat commodum. *Sint hi Reges* (ait Seneca, 4. *Benef. cap. 32.*) *quia non Reipublicam sibi, sed se Reipublicae dedicaverunt*. Reipublice studium Caesarum otusmentum.

*Privati nil habet illa domus.* Canit Ovid. 2. de *Pont. Eleg. 1. v. 18.* Hinc divites, eo quod subditi non pauperes: igitur nequaquam dotati, quoniam ceteri nudi. Haec de causa male audivit Marc. Crassus, ut diximus, *Tautolog. 4. Did. 2. n. 10.* Beneque Paulus Aemilius, de quo Plutarch. in eo. *Liberalis exiit, urbes CCL. aditione cepit: provinciaeque parata, Romam redijt, nec uno quidem denario ditior factus*. Iccirco in muneribus gloriosus: quandoquidem regenti dedecus, si pinguecit in munere ex muneris paupertate. Occurrit ingeniosus apologus ex Horatio *lib. 1. Epist. 7. v. 29.*

*Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam Resperat in cumeram frumenti, passaque rursus*  
*Ira furis pleno tendebat corpore frustra.*  
*Cui mustela procul, Si vis, ait, effugere istinc, Masera eorum repetes arctum, quem macra subisti.*

2 In Praesidum documentum habet

Ex praesidi gloria perdit etiam acquirenda.

Leo Pap.

Piciniell. d. 9. n. 383.

Senec.

Ovid.

Scopius Praesidium bonum publicum. Plutarch.

Horat.